Gratiam ac Pacem. De rebus Ecclesiae nrae nihil opus
est, optimus ac colendissimus Blaurerus ut multis tibi scribet.
Habes hic, a quo has accipis, Doctorem Helium,
urbis nrae Syndicum primarium, cui etiam secreta nra
quoque apprime nota sunt, virum de Republ: nostra
benemeritum, & causae Christi cum primis amicum.
cum quo poteris familiariter tum de vestris rebus
tum de nostris conferre. Quaeso te fac sentiat ani-
mi tui candorem, nihil ex bonis quibusvis cognitum,
talem esse, in quo merito conquiescat animus et
favori cupidus et consilium in rebus gerendis appetens.
Habet hic syndicus nr quae apud principem vestrum
urbis nrae nomine agat, qua in re tu forte
poteris illum iuvare, si principis animum & ingenium
prius depinxeris, et quasi viam apud principem
praestruxeris, id quod ideo potissimum facies, quod
ista negocia communis fidei professionem concernunt. Sed
illa forsan ex ipso melius audies. Quid Philippus
egerit apud vestrum principem, non ita scire cupio
atque metuo ne sua ἐπιείκεια laboribus meis remo-
ras aliquas inverterit. Nescio quae hic a Lutheranis
fremunt de ordine Ecclesiasticorum retinendo principis pro ipso
promisso, breviusque mittendo et inspiciendo. Sed
quae es pietate et industria declinabis forte si quid
simpliciter captum introductum, qui pro aviis suae hypocrisis
medium clarum veritatis et Ecclesiasticae simplicitatis hunc
fore negarimus. Si licet per innumera negocia tua
Saluta Musculum nrm verbis quatuor verbis. Christum
Dominum ora pro Ecclesia nra, ut quam sanguine suo
redemit, gratia quoque sua nō destituat, et ut nos
ea possimus hominibus veritatis in mundano documentis
liberos. D. Paulus et Sponsa sua uno nomine salutant.
Vale in Domino charissime frater. Augustae. 22 Novemb: 1535

Musculus tuus.

Ornatissimo viro
Domino Ambrosio
Blaurero Wirtemperg:
Ecclesiarum Episcopo
fratri suo charissimo

22 Novemb. Anno 36 p